

V C
3508



QH



QH. 32, 7.

V c
3508

D. O. M. O. S.

ARA ET ARRHA

Constantis Immotæq; Devotionis Saxonicae.
Ad

NATALITIAS ET ONOMASTICAS
FESTIVITATES

*Serenissimi, Celsissimi, Potentissimi, vereq; Magnanimi,
omnibusq; adversitatum procellis Inviectissimi
Heròis ac Domini:*

DNI. JOANNIS GEORGII, D. G.

SAXONIÆ IULIÆ, CLIVIÆ AC
MONTIUM,

DUCIS: S. R. I. ARCHIMARSCHALLI
ACELECTORIS. & C.

DNI MEI CLEMENTISSIMI:

*Perenniviva, & sinceri-serva
Freyberga diversis Annorum Temporibus
L. M. Q.*

Erecta, Posita, Sacrata.

Per

HIERONYMUM GVERNHERUM, Austriacum
Exulem. E. P. A. L.

D R E S D Æ,

*In Officinâ Aulicâ, typis BERGENIANIS impressa.
Anno Christi 1652.*

DECRETA DIVINA.

1. Petri. 2. c. 5. Ps, 82.

O Homines moniti de corde timete JEHOVAM,
Maestate & Nomen REGIS honore pio!
Nam sunt Semidei, immo DII, Gnatiq; vocantur
EXCELSI, in Terrâ & nobile Numen habent.

1. Tim. 2. c.

Hortor præ reliquis, ut vota precesq; litentur
Pro Rege & Ducibus Principibusq; Viris,
Sub quorum patrociniô ducamus in Orbe:
Tranquillum vitæ pacificumq; statum:
Ut sub his tutum & tranquillum tempus agamus:
In Pietate graves & Probitate graves.



*Antiquâ Familie Nobilitate per-quâ Generosis, Ordinis
Equestris Dignitate admodum strenuis, nec non omnigenâ Rerum experien-
tiâ maxime Excellentibus Viris ac Dominis:*

DN. DITHERICO de *Bertern/
Dynastiarum Beuchlingen & Frondorff/ ut & in Tzo-
cha/ Cytra & Buchwalda/ &c. Domino. S. R. I. Hereditario
Cubicularco: Nec non Sereniss. Elect. Sax. à Con-
siliis Camerae, Rei Metallicae atq; Appel-
lationum, &c.*

DN. HAUBOLDO de *Miltitz/
Hereditario in Schenckenberg/ Oberaw & Scharffen-
berg/ &c. Sereniss. iridem Elect. Sax. à Consiliis, nec
non Augustiss. Ejusdem Conjugis Aulae Ma-
gistro dignissimo. &c.*

*DN. DN. Mecanatibus atq; Patronis suis praesignibus,
variâ observantiae cultu. et atem honorandis.*

S. E. S.

C*ui confecro? Cui dedico Soteria
Et vota fidi pectoris? Pro SAXONE
MAGNO quotannis JOAN. GEORGIO
Profusa? Principe Imperi Septem-Viro?
Ad Ipsius Genethlia & Onomastica
Sacra quae dedi? Cui nuncupo Eucharistica?
An Nobilissimis Viris vobis feram?
Equestris Ordinis Pari Clarissimo?
Quorum Pater SAXO Patrie Illustrissimus,
Ad intimum Latus usq; Confidentium,*

A 2

In

In rebus arduis solet Sententiã
Prudentiãq; sapè frui ratisimã!
Vobis videlicet Ingeni de viribus,
Mentisq; labore strenuò quærentibus
Ac promoventibus Salutem Publicam;
Equestris Ordinis Pari Clarissimo;
Prænobilissimis Viris; & SAXONI
A Consillis SEPTEM-VIRO præstantibus;
Augusta Vota Sacraq; Eucharistica,
Augusta Dedico- Offero Soteria.
Nec non UTRIQ; simul Anagramma erutum
E nomine Suo: Consulite, quæso, hæc boni!

*
* *

DIETERICUS A VVERTERN:

Per Anagramma:

VERTE RUINAS, ET RITE DUC!

Planius & plenius:

SAXONIS à Camerã, ô VIRINCLUTE, VERTE RUINAS!
ET DUC Consiliis Aulica RITE Tuis!

*
* *

HAUBOLDUS A MILTITS:

Per Anagramma H in A conversò:

TU DOMI LIBATA SALUS.

Explicatius ita:

AUGUSTÆ tu quippe DOMI Ille AULÆVE MAGISTER
& LIBATA SALUS CONJUGIS ENSIFERI ES.

Humilis Auctoris Musa offert.

I. VOTA ONOMASTICA.

*Pro Illustriss. Sereniss. Potentissimog. Principe
Saxonia Electore,*

DN. JOANNE GEORGIO;

PATRE PATRIÆ &c.

Ad 24. d. Junii in Festo D. Joann. Baptist.
A. C. 1629. fact.



*H*oc festiva Die dum sunt sacra JOANNI
Baptista, veterum more decente patrum:
Nos decet Augusto merito pro Principe nostro
Debita ter-Magno fundere Vota DEO.

Principe pro nostro, JOANNIS nempe GEORGI

Nomine qui gaudet, vota litare decet.

Faxit JOVA potens! Ut noster Rutifer annos

Per seros vivat sospes & incolumis!

Sospes & incolumis cum Vite & prole Superstes

Ut Princeps valeat faxit JOVA potens!

Faxit JOVA! suos Princeps ut fortiter omnes

Hostes extirpet martipotente manu:

Utq; DEI cultus sub Rutæ floreat umbrâ;

Tum Pietatis amor, tum probitatis amor!

Utq; solò patriò pulsibet munimine fidò

Vivere possimus, faxit ó alma TRIAS!

2. ALIUD VOTUM.

Pro felicissimo Serenitatis Ipsius, cum Augustissimâ

Conjuge & Subole, in montanos agros venationis gra-
tiâ adventu. Mens. Jul. Anni ejusdem.

CÆLITIS auspiciò cum Costâ & Prole Ducali
Enfiger ó adsis prosper & incolumis!

JOVA det ut Victor hostis tot millia fundas,

Quot cervos cadis cum capreis & apros!

A 3

sub

offert

Sub Gladiis Justum, sub Rutâ cultus avimus
Expandat ramos in Pietate suos!
O utinam Duce te redeat Pax, JANE-GEORGI!
Sic eris Augustus sub bipatente Polô!
O utinam Duce te Respublica lapsa resurgat:
Hinc Tibi Laus surget, gloria, fama, decus:

3. EULOGIA DEVOTA.

Pro Eodem Celsissimo Saxoniae Electore Septem-
virô, In magnô Jubilæo Evangelico ad Festum D. Jo-
ann. Bapt. A. C. 1630. celebrat.

Ensiger Imperii Romani, Saxoniae Dux,
Augustos celebrat pro Pietate Dies.
Festos nempe Dies peragendos pectore & ore
Devotô, jam nunc JANO-GEORGIIS agit.
Illâ quippe sacrâ quâ tota Ecclesia Luce
Janô Baptista debita Sacra facit.
Namq; Annis sæcli exactis Confessio sancta
Augustana DEO Jubila sancta canit.
Jubila perpetuis sunt dignissima fastis,
Rutiferi dextrô SAXONIS auspiciô.
Tum Luce illâ ipsâ devotô in Saxonis Aulâ
Zelô agitur Domini Cena Salutifera.
Atq; ita prælustris memorabile Nominis Omen
Exhibet insolitô more modôq; pius.
O Deus Astripotens, superumq; hominumq; Monarcha,
Nostris queso fove Semonis auspicia!
Semonis auspiciis nutu clementeq; vultu
Nostris sideris queso favere velis!
Nominis adq; Tui Divini gloriam, honorem
Ac laudes eadem dirige perpetuas!
Illius ut circumvolitent Benedictio saxis
Paxq; perennifluis tempora cana comis!
Ut Pietasq; Diceq; Probumq; hâc Principe salvô
Diffundant ramos subter utrôq; Polô!

Huju

Hujus sub Gladiis Rute & tutamine honestam
Atq; piam vitam, ut subdita turba colat.
Sic voveo, & siquid Divi mens augurat, opto!
His Zebaoth votis annuat Omnipotens!

Chronologicon

IAN-GEORGVS SAXO, Circa NATALIA IANI,
a Cti Centenn. IVb. ILA SACRA Dedit.

4. NATALITIA SACRA.

Pro Eiusdem Serenitatis Incolumitate. Ad No-
nas Martias A. C. 1631. f.

Martii quinta dies iterum redit, auspice JOVA,
Natalis nostri quæ Enfigeri esse solet.

Quare pro nostrò libemus debita JOVÆ

Principes solvamus pro PATRE vota pia!

Qui rebus Patriæ satagens succurrere lapsis,

Istas auxiliò consiliòq; levat!

Augustam Synodum hinc; hoc tempore, non sine causa!

Urgente, indixit Rector agitq; DUCUM:

Lipsensi Synodum magnorum Principum in Urbe,

Imperii ob pressum, barbarò ab hoste statum.

Christe fave orsis, hosq; fove, quò meta scopusq;

Votòrum portum tangat opemq; ferat!

Purior ut Cultus JOVÆ & Respublica læsa

Consiliò promptò sentiat auxilium.

Ut restauretur Pax utraq; Sacra-Profana,

Et rediviva suum tollat ad Astra Caput.

Alma TRIAS PATRI Patriæ sua tempora vitæ

Proroget & Fati prospera vota dicat!

Eja fiat id, fiat ô Jesu!

5. AUGUSTA GENETHLIACA.

Pro Eodem Celsissimo Dn. Electore s. d. Martii
Anno Christi, 1632.

Huju

Eja



Eja age! Septemvir Saxo, Illustrissime Magnas,
 Adversis pariter rebusq; infracte secundis,
 Eja age sis, solvens grates & vota JEHOVÆ!
 Qui tibi longævam vitam largitur & annos;
 Hâc nam Luce tuæ numeras ætatis ab axe
 Concessos octo & denos quater, Auspice JOVA,
 Qui sagax cerebrum salvô & cum corpore vires
 Confert, Teq; simul generosâ Prole beavit,
 Augusta Subole, Regni olim Herede paterni,
 Qvin & Virtutis famæq; Herede paternæ,
 Qui Patris augmentum olim incrementumq; futurus;
 Deniq; qui celebrem elapsô victoriam in Anno
 Concessit clemens & pro Pietate supernâ,
 Dum Regis Sueonum junctis victricibus armis
 Cumq; DEI dextrô superabas fortiter hostem,
 Immanem, horrendam dirumq; videlicet hostem.
 Osi aliâ atq; aliâ posthac victoriâ adauctus
 Ex Altô tandem mactatus Pace triumphes,
 Immarcesibili circum tua tempora cana
 Et palmâ clarus lauruq; & cinctus olivâ,
 Venturo tradens ævo immortale tropeon!
 O utinam sanctus Zebaoth, Celsissime Princeps,
 Hinc Tibi prolixam seros extendat in annos
 Vitam, detq; Tibi firmas in corpore sanô
 Vires, detq; simul vitæ vel commoda mille!
 Innumeros ut sic deinceps numerare potis sis
 Nataleis, CHRISTO Fati Duce & Auspice JESU!
 Quod Tibi, quod mecum Patriæ Tibi subdita Turba,
 Et benefida cohors devorô pectore & ore
 Votis exoptat gemituq; calente precatur,
 Enfiger ô SAXO Septemvir & Optime Princeps,
 Rutigerum & Spes & columen & gloria! Dixi.

6. ACCLAMATIO VOTIVA.

PRO Ejusdem Celsitudinis prosperitate Nonis
 Martiis A. C. 1633.

Qvin

Qvincta Dies Martii rutilis provecta quadrigis
illuxit rursus Numinis auspicio,
Qvâ noster SEMO, Patriæ Pater, atq; fidelis
Natalem Gedeon, JANO-GEORGLIS agit.

Hâc etenim nactus vitalis munera Lucis
Prima die noster Jano-Georgus ovat.
Ergo acclamemus nostro pia vota Dynastæ,
Fundamus calidas mente vovente preces!

Hoc nostrum compellemus cum Rege Davide
Alloquio fausto & Pectore & ore Ducem:

TE DEUS in cunctis exaudiat eja periculis!
TE Nomen Jacob protegat eja DEI!

Auxilium certum è Sancto Tibi suggerat idem!
TEq; tuosq; suâ muniat èq; Sion!

Sit memor Eusebie atq; Tui Dux inclute Zeli!
JOVA Tui augusti, sit memor officii!

Detq; Tibi, quæ cor desiderat, omnia largè!
Consiliumq; animi compleat omne tui!

Nomine & in nostri Dux erige signa JEHOVÆ!
In virtute Ejus júbila pange sacra!

Impleat omne Tibi votum tribuatq; petita!
Det salva vite tempora larga DEUS,

Sit fortis turris, sit Murus aheneus Idem!

Contra hostes! reddens læta tropæa Tibi!
Spem ponant in equis, multis & curribus hostes:

At Tu committas emq; fidemq; DEO!
Sic in concusso pede stabis, at hostica turba

Cum vi cumq; suis corrueat insidiis.

De reliquo, ut paucis comprehendam plurima verbis,
Hâc Te mactamus jugiter Eulogiâ.

Vivas Dux noster, vivas vel Nestoris annos!

Vivas exæqvans secula Mathusalem!

Natorum ut Gnatos, & qui nascentur ab Illis,

Cernere in omnimodâ prosperitate queas!

Pacificum Regimen Tibi det fidumq; Senatum!

Detq; probos Populos, det bona cuncta DEUS!

B

Hoc

Nonis

Qvincta

Hoc votū GEDEON, Tibi sic precibusq; precamur
Ex animi verā dexteritate pii.
Tu modò gratuitā Bonitate his annue votū,
O Cœlestis IAS! ò veneranda TRIAS!

7. ANNUA JUSTA.

In Augustam Elector. Saxon. Festivitat. 5. d. Martii
Anno Christi 1634.

Dum noster SEMO nataleis ordinat annos,
Aggrediens vitæ Lustra notare decem:
Quintā nempè Die Mensis de nomine Martis
Sic dicti, quò Dux tempore natus erat.
Ex animò fidò nostri jam Principis ergò
Nos pia Jure suò vota litare decet.
Ut noster SEMO & GEDEON Natalia Festa
Auspiciis Divis percelebrare queat!
Ut noster SEMO feliciter hostia tollat
Agmina funestis tutus ab insidiis!
Cum Sociis fidiis ut diruta mœnia Sacri
Imperii, pulsâ vi reparare queat!
Patria ut & Regio sit salva Hoc Principe salvò!
Et Patriâ possit Relligione frui!
Ensignem sic vita, Salus, Victoria stipent:
Perpetuò & cingant Gloria, Fama, Decor!

8. EUCHARISTICA DEVOTIO.

Pro nostro SEMONE, Patre Patriæ: 24. d. Jun.
Anno Christi 1635. f.

Omnis dum Tellus hodiernâ Luce per Orbem
Priscò more offert annua Sacra DEO:
Ad Cœlum CHRISTI cætus extenditò palmas
Laetitiâ exsultans in Pietate probâ.
Cum Duce nam nostro, CHRISTO Duce & Auspice Christo,
Jure suò facimus Sacra quaternâ Deo.
Primum Bapt. stæ celebramus Festa Joannis,
Qui CHRISTI Præco prævius ille fuit:

Hinc

Hinc PATRIS Patrie revocamus mente fidelē
 Ad memorem sensum Nominis auspiciū:
 Indē quōd Augusta, Fidei Confessio quondam
 Induperatori hāc tradita Luce fuit:
 Deniq; quōd ferimus grato de pectore grates
 Æterno nostro pro Bonitate Deo.
 Nempē quōd in nostros post tot post tantaq; Fata
 Optata Pacis ora reduxit agros.
 Sancta TRIAS faxit! quō noster SEMO per annos
 Innumeros Lucem hanc concelebrare queat.
 Numinis ob Sancti, Fassoem & Nominis omen,
 Ac Augustanum Symbolon ob Fidei
 Sancta MONAS faxit! Duce Saxone & Auspice Jesu,
 Quō PAX ista redux firma sit atq; rata!
 O confringe DELLS, satagunt qui infringere Pacem!
 Hanc at perpetuum robur habere jube!
 ita fiat. ō Jesu, fiat.

9. VOTA AUGUSTA

Ad Festivitatē Electoral. Nonis Martiis A. C.
 1636. dicta

Mites, pacificos, faciles, Concordia amantes
 SALVATOR sanctō deprecatur ore beatos,
 Dilectosq; vocat Natos Altissimi JOVÆ:
 Hinc totō studiō totisq; ē viribus unus,
 Ensigner Imperii Septem-Vir, Saxonie Dux,
 Præ reliquis cunctis curam hanc incumbis in unam,
 Quā ratione queant, pacatō Cesare tecum,
 Pacari & Belliq; Duces Regniq; ministri
 Svecorum, quod nā! semestri præteriti anni
 Tempore consiliis gravibus rectisq; piisq;
 Sanctē tentatum per Te, & satis hæctenus ursum est.
 Verūm pacifici tractatus hi sine fructu
 Illō suscepti, spe Te frustrantur inani,
 Ac summos temerē faciunt consumere sumtus.
 Ecce etenim Sveci variū illisq; nefandis
 Ausugiis actus prolongant, dum undiq; vires

Praesidiis dictas cogant sparsasq; cohortes,
 Jam fisisq; suis copiis, rebusq; paratis,
 Anni praesentis sub limine pessima quæq;
 Audentes, rapide patrios grassantur in agros,
 Cedibus ac praedis gaudent, spoliisq; coactis,
 Innocuos plumbò cives ferròq; trucidant,
 Innumeros flammis pagos atq; ignibus urbes
 Nequiter exurunt, vastantes rura domosq;
 Infantes nihil & de Svecis tale merentes:
 Quin etiam stupris conspurcant cuncta probrosis,
 Imaq; supremis miscentes, sacra profanis
 Confundunt, quorum mentes exasperat ira
 Atq; furor major, quam ipsos Dacosq; Scytasq;
 Hoc Magdeburgense solum, tellusq; Thuringæ
 Misnensesq; Urbes testantur non sine largè
 Profusis lacrumis populi gemituq; fremente.
 Ast sta! Septemvir Germani fida columna
 Imperii, & Domino vitam committe tuasq;
 In Pietate vias! Firmâ & spe nitere JOVA,
 Inq; ipsum jacta curam! Hic curabit abundè
 Cuncta bene efficiens. Nam Justum & pacis amantem
 Non sinet assiduo squalore premi q; labore:
 Sed tandem ex justò Zelo contollet in hostes
 Hosce tuos nunquam à Te laesos jure suopte
 Invictam dextram, dispergens mente superbos.
 Quod Tibi devotis exopto pectoris imi
 Visceribus, precibusq; udis exposco JEHOVAM,
 Chare PATER PATRIÆ, dum jam Natalia Sacra
 SAXONICIS celebras svetò pro more sa. inis:
 Tu modò, Sancte DEUS votis his annue nostris
 Ac superis firmum superingere pondus ab astris!
 Eja sic faxis ô Deus!

10. ONOMASTERIA SAXONICA;
 Ad 24. d. Jun. in Fest. Joann. Bapt. A. C. 1637.
 sacrata.

Siccine quæ rediit nobis Pax ante bienni
 Accessum, hanc turbat Gens inimica nimis!

Gens

Gens inimica Polog³ Solog³ inimica perinde
 Reverà Suboles à Beliale sata?
 Namq³ odit Pacem redutem Pacisq³ colentes,
 Et requiem nobis invidet aureolam.
 Necdum sevitia saturata furore³ & irâ,
 Sed porrò gaudet nare cruore solum.
 Hinc post funestum conflictum sanguine multo
 Commissum ad Wittstock in Megapyrgiacis,
 Supremus Campi-Praefectus, nempe Banerus,
 Cui Sveonum parent agmina belligerum,
 In terras Magdeburgenses atq³ Thuringas
 Suscipit incurfus Misniacasq³ novos:
 Omnia vastando raptu, spoliisq³ stuprisq³
 Cedibus & flammis barbarieq³ truci:
 Astu nam primùm mox occupat alta Biturgi
 Mania, post frustra Lipsiaca ere fevit.
 Hinc Coldiz, Strelam, Leisnig, Grimmam atq³ Misenam,
 VVurzamq³ exspolians caeteraq³ oppidula,
 Ignicrepis abolet flammis ingratus hic hospes,
 Cui bona VVurza dñi praebevit hospitium,
 Torgaviam hinc tendens totoq³ Exercitu eandem
 Sicut & Ilenburg occupat hostis atrox.
 At belli figens ibi per semestria sedem,
 Exinde infestat rura inopesq³ domos.
 Hinc à Caesariis, à Saxoniciq³ Catervis
 Armigeris pulsus, proxima ad arva sitis,
 Landspergam nuper profugò cum millite cedit,
 Tactus ibiq³ petit mania Marchiadum;
 Et Pomeranorum in notas veteresq³ latebras
 Cum valde presso millite pone redit.
 Gratia CHRISTE tibi, Gloria nunc & in omne ^{Laus,}
 Aevum solvatur, quod procul hostis ablit.
 Quod procul ex nostris longe javissimus hostis
 Non sine dispendi nomine cedit agris.
 Noster ut Elector sua svera Onomastica Festa
 In pace & requie percelebrare queat.

B 3

Sic

Gens

537



Sic visum Domino, Cæli terræq; Monarchæ,
Hostes qui fræno retrahit atq; regit.
Hic porro nostrum Patriæ defendere PATREM
Clementer contrà quæq; pericla velit!
Nomini ut ipsius grates laudesq; canantur
Æternæ utq; Ejus prædicet acta nepos.

II. VOTUM DEVOTUM:
In Augustum Electoris Natalem 5. d. Martii
A. C. 1638. dat.

Eja age sis! quum Fat a favent, age! maxime Princeps
O Patriæ Pater, ô Dux pie Saxonie!
Natalemq; Tuum tutò celebrare memento
Pectore, dum Patriâ Martia signa procul,
Hinc procul è nostris dum alias discessit in oras,
Nec Patriis Mavors damna facescit agris.
Ergò piò cultu pro more litato JEHOVÆ,
Tura precum, faciens debita Justa DEO.
Pro cunctis Ejus donisq; bonisq; paternis
Largiter exhibitis, pro auxiliòq; suò.
Hic itidem déinceps procul hinc abscedere Martem
Et nostrò penitus faxit abesse Lare.
Et tandem nobis requiem pacemq; fidelem
Gratis concedat pro Bonitate suâ.
Illius ut Majestati servire periculis
Possimus tuti & tura litare precum.

12. SINCERA SUSPIRIA.
Pro Serenissimo nostro Electore Ipsiusq; Illustriss. Subole.
Non. Mart. A. C. 1639.

VÆ Tibi Septemvir! Suboli! terrisq; paternis!
SAXO Potens, Væ! Væ! JANE GEORGE, Tibi!
Quum pro more piè consvetò Mense gradivi
Natalem satagis percelebrare Tuum,
En Sveonum Ductor, præter spem nota Visurgis
Flumina trajiciens, barbarus ille Baner,
Irrumpit patrias hostili heu agmine terras,
Oppida devastans, exspoliansq; Lares

Et ferrò & flammis horrendus hic ima supernis
 Commutat præter ENSIGERI meritum.
 Præ reliquis jam nunc turres murosq; flagellat
 Freybergæ, rapidos ære vomente globos.
 O Deus Astrorum Domitor terræq; Monarcha,
 Averte à nostrò hæc dura flagella solò!
 Pro meriti tales pœnas & damna piæclis
 Heu nostris æquidem satq; superq; sumus:
 At miserere tamen, Deus, ab miserere miselli
 quæso tui populi! da veniamq; tuis!
 Ab serva nobis saluum incolumemq; TOPARCHAM,
 Nostraq; fac serves tecta Laresq; Deus!

13. DEVOTIO VOTIVA.

In Illustri SEMONIS nostri Natali ad 5. die Martii

A. C. 1640. d.

CHriste fave ceptis ac dictis sicut & actis
 Nostri Electoris, Saxonie Ensiseri!
 Is siquidem celebrat hodierna Luce Ducali in
 Aulâ Natalem pro Pietate suam.
 Faxis Alma TRIAS, quò mente & corpore salvus
 Sæpius hunc possit percelebrare Diem!
 Faxis Alma TRIAS! quò Pacis traduce factò
 Tutâ Quies redeat Teutonico Imperio!
 Utq; redux Ducis & Pax & Victoria Lauru
 Auricomâ Caput & Vita Salusq; regant!
 Utq; suos videas submergi funditus hostes
 Cum gemitu & fremitu sub Phlegethontis aquis!
 Faxit IAS! faxit TRIAS! Alnum Numen Olympi!
 Cui Laus ex hoc in seclâ perenni flua.

14. ONOMASTICA JUSTA.

Ad 24. d. in Festo: D. Joann. Baptist. A. C. 1641. fe.

CRastina Lux revehit nobis Satra Festa Joannis
 Baptista, [Fati dexteriore notâ;
 Idcirco nostro JANO- pia vota- GEORGO
 ENSIGERO, solitò more litare decet.

Ut Deus incolumen servet saluumq; per Annos
 Innumeros Illum pro bonitate suâ.
 Coniuge cum Augustâ, Augustâ cum Prole Tetrarchis:
 Ut Patriæ salvos servet & incolumes!
 A nobis Pietas Ratioq; id postulat æqui:
 Quin inimò id Deus & Biblia sancta volunt.
 Vita Salusq; Ejus, PAX & Victoria cingant
 Inviolabilibus tempora cana, comis!
 Ut post tot tristes, casus, post totq; labores
 Sentiscant requiem Dux Populusq; ratam!
 Faxit IAS! faxitq; TRIAS! sint ne irrata vota.
 Sed justum in Cælis pondus habere sinat.
 Hoc precor ex animò fidò, pia vota precanti
 Tu Vati modò nunc annue summe Deus!

15. DESIDERIUM PACIS.
 Mense Martio tempore Martis furentis
 A. C. 1642. effus.

Hoc dum Mense, sacro Marti, duo Martia Dresde
 Pectora conveniunt sic moderante Deo.
 Faxit cunctipotens Zebaoth, ut prospera fidis
 Consiliis sursum diruta Regna levant!
 Faxit Pacificus Zebaoth, ut vincula Pacis
 SAXO cum Austriacò roboret Archiduce!
 Hòc perturbatò nostrarum adestamine rerum
 JOVAH diu nostrum, sospitet Ensiferum!
 Hic nam post Numen nobis Spes unica restat,
 Sospite quò redeat Pax Requiesq; vetus.

16. EUPHEMIA ONOMASTICA:
 Ad Festum D. Joannis Baptistæ A. C. 1643. fact.

Quam passim celebrant Natalia Festa Joannis
 Baptistæ, quicquid vivit in orbe soli.
 Quid nostro Ensifero voveamus? quidve precemur?
 Quid? nisi quod gratum est quodq; salutiferum.
 Faxis Summe PATER, Cæli telluris & Auctor,
 Ut constans foveat Pax Requiesq; Ducem!

Ut Pacis Cultor qui claruit haecenus Unus,
 Et Pacis fructu gaudeat Axe Poli!
 Ut Gnatu Summi revera possit haberi,
 Tranquille & patrios dirigere usq; Lares;
 Sub Cujus Patrociniò & nos ducere vitam
 Possimus placidam pacificumq; statum!
 Ergò agite! ò nostro voveamus prospera quaeq;
 ENSIFERO! atq; hac & pectore & ore pid!
 Ut nostro Patriae salvò PATRE Pace sub almâ
 Et nos possimus prosperitate frui!

17. VOTUM NATALITIUM.

Ad Nonas Martias A. C. 1644. dat.

Ensifer Imperii Germani. JANO-GEORGUS,
 Saxoniae Elector Rutiferumq; Caput,
 Hâc quum Luce, iterum peragens Natalia Festa,
 Lustra suae aetatis jam duodena legit.
 Martii nempe dies quinctus exordia vitae,
 Prima dedit nostro Semideo atq; Duci.
 Ergò gratamur, quotquot vel vivimus, omnes
 incolae in his terris optima quaeq; Duci.
 Optima quaeq; puto: Pacem, Vitam atq; Salutem,
 & Palmam à victis hostibus horrificis.
 Faxis UNI-TRIAS! Lux haec ut saepius Illi
 Cum Fatò ad Votum ponè redire queat!

18. AUGUSTA ONOMASTERIA.

In Festò D. Joann. Baptist. An. Chr. 1645. dict.

Qvando regente Deo redeunt ita sidere faustò
 JANO Baptistae hâc Festa sacrata Die.
 Saxoniae Ducibus quae sunt Onomastica Festa,
 Nempe Electori PATRI ab Eòq; SATO.
 Pro more assuetò nos addecet enihea vota
 Pro Patriae nostrae fundere Semonibus,
 UNI-TRIAS faxis! longævum ut JANO-GEORGII,
 Junior & Senior, Filius atq; Pater,

C

Ces

Cen prælaestre Domus Columnen Patriæq; Corona,
Incolumes vivant! ut valeantq; diu!
Hoc precor ex animo devoto & corde fideli
Quantumvis Exsul heic alienigena.

19. SACRA GENETHLIACA:
Ad 5. d. Martii A. C. 1646. pro Semideo nostro litata.

Saxo Potens rursus Natalia Festa coronat,
Martius ut quinctam reddit ab axe diem.
Pro nostro ergo preces votumq; fidele TOPARCHA
Effundam, mea dum Spiritus ossa fovet.
Sub sanctis noster SAXO sit Numinis alis
Tutus & incolumis tempus in omne precor.
Pax PATREM Patriæ, Victoriâ, Vita, Quiesq;
Atq; Salus animæ & corporis usq; tegat;
Post Deus exemptum turbis terrestribus Aulæ
Cœli per turmas inferat Angelicas!
Semideo nostro hoc voveo de pectore fidô,
Perpetuum votum hoc sit maneatq; meum.

20. ARÆ ET ARRHÆ NATALITIÆ:
PATRI PATRIÆ ad Non. Mart. A. C. 1647. consecrata.

Misnicola ô Cives! alienigenæq; Coloni!
Quis Patriâ pulsus heic habitare datum!
Eja agite ô mecum gratô de pectore grati!
Quisq; agedum mecum pro Pietate suâ!
Nam nostro Patriæq; PATRI, JAN-nempè-GEORGO,
Imperii Ensisfero, Saxoniæq; Duci;
Hâc quinctâ Martir, quâ Climactericus annus
Luce ILLI magnus Numine dante fluit;
Hâc inquam Natalitiâ optima Luce ferenda
Sunt vota, ex meritô debita vota suô:
Optima-maxima-debita vota, perennia vota,
Ex imô ad Summum corde ferenda Deum.
Undiq; ut Hunc stipent Pietas, Pax, Vita Salusq;
Adversosq; omnes vincat ut Ipse suos!

Cnmq;

*Cumq̄ Deo Zebaoth laurum lætumq̄ triumphum
In Patriâ ut prius, ac Lumina claudit, agat!
Ut sub florentis Rutæ sic tegmine vitam
Tranquillam nostrum ducere quisq̄ queat!
Et sub vite suâ vel ficu reliqua vite
Tempora quisq̄ piâ claudere morte queat!*

ΕΤΕΟΣΤΙΧΟΝ.

*Ensi Gerl Electoris CLIMacterICVs annV's
hoc annò est presens: reXIt Vt AXIs berV's,*

**21. QVINIO ÆQVIVALENTIUM ONO-
MASTICORUM;**

*Ad Illustriss. Elector. Saxon. Natalem s. d. Martii
Anno Christi 1648. f.*

ΙΩΑΝΝΗΣ ΓΕΩΡΓΙΟΣ;

23106

Cui æquivalent sequentia quinq̄

Eulogia.

Αγε! καλή τῆσ τευτονιδος ἐλωισ!

23101

Age! bona Teutoniae Spes.

Γερμανικῆσ κε ὁ γύλοσ μοναρχίας!

23102

Germanicæq̄ Columna Monarchia!

Ἄγε! μετὰ Θεὸν ὁ πύργος ἡμῶν!

23103

Age! Post Deum Turris nostra!

Ἦν Ἰησ εἰρήνησ φύλαξ καὶ κλημα Δίκησ

23104

En Patris Custos & Palmes Dica!

Ἐλλόγιμον κε φάοσ πατήρκε πατριᾶσ;

23105

Praclaræq̄ Lux Paterq̄ Familiâs.

Et Planius & Clarius ita:

C*um redeunt Nonæ felici fidere Martii.
Natalem Saxo quâ celebrare solet.*

Ergo

Ergò agedum mea mens nostrò de more Dynaste
 auspiciis faustis annua Vota lita!
 Tempore presertim hóc rerum inter spemq; metumq;
 Qvò turbatur adhuc Teutona terra nimis,
 Qveis noster Semo pro summis viribus omni
 Obviat auxiliò consiliòq; bonò.
 Qvapropter meritò presenti Luce feramus
 Dextra Duci nostro vota precesq; pias!
 Ut tranquillatâ benè nostràm quisq; sub Ejus
 Tutelâ possit pace bonisq; frui.
 Ergò agedum PATRI Patrie nunc Misnica tellus
 Ex animò fidò debita vota lita!
 Salve age! Saxo potens, bona Spes, spes enthea nostræ
 Teutonia, à Magno, JANE-GEORGE, Deo!
 Maeste age! Septemvir Dux, Germanæq; Monarchiæ
 Imperii & semper sacra Columna sacri!
 Vive age! Qvi Turris nobis ac inclutum Asylon
 Post Magnum afflictis Ensigne alme, Deum!
 Flore age! Stirps Rutæ fecunda florida, surge!
 Cresce domus radians Lux Patriæq; Pater!
 Vive-vige, Dux Regie, vive-valeq; per ævam!
 Pacis es en Custos, Palmes ovansq; Dicæ!
 Nomini ut illustri dant æquivalentia Dicta,
 Nempè Tuo numerum ducta per Harmonicum;

22. CORONIS

Pro sequentibus dante Deo Festi-
 vitatibus.

SAXONIÆ Magno Syntagmatis ELECTORI
 Qvæ quodq; optavit particulare Melos,
 Cuncta ea conjunctim venturis scilicet Annis
 Corde optata ILLI sint maneantq; bonò,

Δ. T. Θ.

••(O)••

12
HBA

ULB Halle 3
004 803 108



V077





QH. 32.7.

Con

NAT

Sereniss
om

DNI.

S

H

I

V c
3508

HA
nis Saxonicae.

MASTICAS

ereq, Magnanimi,
Invictissimi

RGII, D. G.

VIA AC

SCHALLI

MI:

serua

temporibus

ata.

, Austriacum

L,

nis impressa.

